UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Carmen De Itinere & Obitu Eginonis Abbatis S. Vdalrici Augustæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

CARMEN
DE
Itinere & Obitu
EGINONIS
Abbatis S. Vdalrici Auguſtæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

HIC patris occaſus, dum veri ſolis ad ortum
Tendit, & ad portum, qui neſcit tempora caſus.
Eſt tibi gaudendum pro tam præſtante corona,
Fili mente bona ſimul eſt quoq; mente dolendum.
Nam velut orbatus remanes patre ſpirituali,
Et tibi cauſa mali reputatur is, vnde beatus.
Sed tamen eſt pia ſpes, hic qua dolor alleuiatur,
Scilicet optima res, qua iuſtus quiſq; beatur;
Nato reddit vbi patrem ſinus ille paternus
Ergo ſi nos jungat ibi pater ille ſupernus.

O ſtile plangentis, quid per diuerſa vaga } *aris*
Vt dolor eſt vnus, ſic vna voce frua
Finis ad hanc vocem verborum ſuſcipi
Finis nos patris monet, vt finis tene
Nam varijs animus licet inuolucris ſubig } *atur*
Sæpe tamen loquitur quod ſemper quis medit
Res miſeranda nimis ſub honore Dei refer
Vt pietas eius quàm magna ſit hinc vide
Largus in auxilio miſerorum cum doce

Cum patre filius exulat, vnicus hos comit
In ſpecie famuli fuit, vt Iudas toler
Nam nihil officio diſtant; ſeruus dominis ſimil
Iam procul à patria via deſerti ſpecul } *atur*
Qua locus ad fraudem furis ſub corde par
Noctis adeſt tempus; magis ille dolo tenebr
Rebus enim cunctis, quibus illud iterruget

Direptis abijt. Mortem fortuna min
Sed pater omnipotens ſpoliatis auili x
Spem tribuendo viæ peragendæ; nec dubit
Munus enim magnum miſero ſpes firma prob
Quid moror? intratur eremus, tandem peragr
Octo tamen ſoles ibi cum ſudore vag
Cum latro difficilis, via difficilis pati
Ecce laboris honor; prope ſanctus Papa mor
Tum volucres homines reputares, ſic proper
Vix expectatur, quod ad illum perueni
Suſcipit inuentus clementer, amat, vener
Eſt locus, aduentus patris huius vt expedi
Qualiter in cathedra Romano jure loc
Omnis adeſt ætas, ibi ſexus vterq; greg
Cleri ſeu populi vox lætitia modul
Quolibet ornatu via, qua tranſit vari
Pompa triumphalis tibi Cæſar tanta neg ...atur.
Te veniente decus patrum cum lege fug
Huius in aduentu lex juſtitiæ renou
Cum ſocero pugnas; ciuile malum domin
Per te nulla quies, dum Cato ſiti mori
Hoc ſed patre pio gens genti pacific
Eccleſiæq; Status ius in proprium repar
Plurima ſigna Deus ſuper infirmis oper
Eius per meritum dum quæq; febris releu
Quod quia Tuſcanus, Ligur, Appulus aſtipul
Carmine præſenti per plura ſuperſede
Aſt ad eos, quibus iſte ſtilus ſeruit, rede
Ad mare tendebant vt ab hoſte viæ caue
Nauis vt aggreditur, ſubmergens vnda leu
Vt pater à genito miſeranda ſorte fera
Quam rerum faciem, niſi paſſus, quis medit

-- -- -- -- -- -- --

--- Videntur quædam deeſſe, nam & hic in ms. & alia manu aliena quædam addita ſunt, ne pagella ſcilicet vacaret.

DE